

.VI.

gratiae reuelatione mutatur. & liberabitur a seruitute corruptionis. In libertate glorie filiorum di.

Omnis ergo creatura mutabilis. Non solum ea quae iam peccato aliquo. aut elementorum conditione mutata est. verum & iam quae corruptele potest esse obnoxia vitio naturae. & si nondum est studio discipline. Nam ut in superioribus libris docuimus. & angelorum naturam liquet potuisse mutari. Vtiq; a sumari conuenit quia qualis vnus natura. talis & caeterorum. Mutabilis ergo & reliquorum natura. sed melior disciplina. Ergo omnis creatura mutabilis. sed non mutabilis spiritus sanctus. Neque enim aliquo vitio mutari potest. qui omnium aboleat vitia. peccata condonat. Quomodo ergo mutabilis. qui sanctificando alios mutat ad gratiam non ipse mutatur. Quomodo mutabilis. qui bonus semper est. Neque enim unquam malus spiritus sanctus. per quem nobis quae bona sunt ministrantur. Unde & euangelistae duo. In vno eodemque loco. diuersis quidem inter se verbis. rem eandem designarunt. Habes enim in mattheo. Si vos cum sitis mali. nosis bona dare filiis vestris. quanto magis propter vestrum qui in caelis est. Dabit bona patientibus